

cessario cogebatur, si quid a publicis negotiis temporis vacaret, (a) quaeque intermisserat recolere vix otium erat, nedum ornare, expolire, atque elaborare) nulla (b) tamen ex iis desiderantur, quaecumque in gravissima,

&

(a) quaque intermisserat, recolere vix otium, &c.) Non dubitat tamen afferere *Palazzolus*, quaecumque Senator noster dictaret, ita elaborata fuisse visa, ut novis curis eadem expolire minime opus esset. „ Raro commutabat, quae scriberet: rarius delebat. Omnia fluebant, „ acumen stylis subibant; ut quae illi sponte, & nullo pene studio excidissent, aptiora videren- „ tur, quam aliorum, qui continuo eamdem tundunt incudem, extundunt, & excidunt la- „ bore, &c. ”

(b) nulla tamen ex iis desiderantur, &c.) Longum esset, omnia afferre de hac *verum Venetarum Historia* testimonia: omnia tamen praetermittenda non sunt. *Joannes-Henricus Boecanus Bibliographia critica*; *Lipsiae*, sump. berendum *Jo. Grossi*, 1715. in 8. pag. 184. „ *Andreas Mauroceni Historia Veneta* minime spernenda est; sed merito *PRAECIPUIS* in re- „ bus Venetorum *MONUMENTIS* accensetur. „ *Jacobus Gaddius* vol. II. de *Scriptor*, non *Ecclesiast.* *Lugd.* ex typogr. *Jo. Pet. Canecl*, 1649. in fol. pag. 8. haud multis *Maurocenum* laudat: „ *Maurotenus Andreas* senator & *HISTORICUS* inter Venetos *NOBILISSIMUS* „ fuit. „ Idem fuisus in *Elogiographo*, pag. 116. Compose, oltre alcune operette, *la Storia Veneziana* divisa in molti libri, abbracciando i più notabili avvenimenti all' Europa, e all' Asia nel passato secolo succeduti. Non si troverà, tra' moderni almeno, istoriografo latino più copioso, e diligente, e grave, né che discorra meglio degli interessi della Repubblica, e dei Principi, del Morosini, il quale merita d' essere chiamato, a guisa del gran *Tito Livio Padovano*, al mio parere, *IDEA DI NOBIL ISTORICO, LATTEO FIUME DI ELOQUENZA ROMANA*, veramente maravigliosa in un Senator, profondo in molte scienze, e ne' maneggi pubblici occupato. Haec eadem oratoriis ornamentis conveftita *Palazzolus* tulerat. „ Haec (per Venetos facta) ille tam praeclare complexus est, ut si beati censendi sunt ii, qui aut faciunt scribenda, „ aut legenda scribunt, beatum Senatum, beatum *Maurocenum* fateamur: illum quod fecerit: hunc quod scriperit. Divina tuis factis Respublica es; his scriptis sempiterna. At quo stylo complexus? prosecutus? eo nimurum, ut copia Livium, verborum elegantia Cae- „ farem, frequentia sententiarum Thucydidem superaverit, posteris praeripuerit palmam sui conse- „ quendi, &c. „ *Nicolaus Crassus*, hujus *Vitae* auctor, alibi, nimurum in *Patriciorum Venetorum elogii*; *Venetis*, ap. *Euang. Deuchinum*, 1612. in 4. hisce verbis opus illud claudit „ multa affirmans, vel consulto praetermissa, vel strictim expressa, ne viderentur in historiam „ haec *Elogia* evadere: & vero praeclara facinora explicata uberioris, ex *Venetis historiis* peti „ poterunt, ab iis praefertim, quas *Andreas Maurocenus*, Senator amplissimus, maximus „ *Sapiens*, & incredibili facundia, & latini sermonis elegantia, & rerum gestarum fide, vulga- „ turus est. „ Inter vivos enim degebatur *Maurocenus*, cum *Crassus* haec scriberet. Addendum etiam, quae fuerit *Aleyni Lollini* de hac *Historia* sententia, quemadmodum appareat ex quadam ad *Andream* epistola, inter ejus *Epistolas miscellaneas* edita *Belluni*, typ. *Franc. Vicentii* 1642. in 4. pag. 324. „ Accedit tui ingenii praestantia cum eruditio omnigena conjuncta; „ sermonis vero latini copia tam dives, tam beata, ut vel ingenti *Venetae Historiae* scribendae „ argumento, cuius sub pondere complures viri florentis facundiae succubuere, non modo suffe- „ cera, verum etiam supersutura videatur. „ Neque hic ea praetereunda sunt, quae habet *O-Gavius Ferrarius* pag. 327. *Operum variorum. Patavii*, typ. *her. Patuli Frambotti*, 1668. in 4. „ *Andreas* siquidem, Senator spectatissimus, Senatus consulto *Venetae civitatis Historiam a Ben-“ bi fine condere jussus, injuncto muneri, atque omnium expectationi praeclare satisfecit. „ *Bembo* siquidem scribendi elegantia haud ita par, quod viro in specula honorum locato, & „ ideo magna semper, ac varia domi, forisque curanti, comiendaes orationi tempus defuerit. „ Sed operis magnitudine, consilii praestantia, libertate, & rerum maximarum usu, nemine „ inferior. Nihil unquam falsi ausus, quod privato homini nequaquam impune cessisset. Quippe continentia Regum bella rebus Venetis adnexa, & implicita, magnas necessitates, bel- „ lorumque causas, & modos, curasque ancipites tradens, quibus ille magnam partem, aut „ interfuerat, aut praefuerat, ut aliquid gratiae daret, nunquam animum induxit; „ ac potentiorum offensas, quas veri studio sibi subeundas videbat, insuper habuit. „ Accedit & celeberrimus *Fortunius Licetus*. Hic cum editurus esset quatuor libros de his quidiu vivunt sine alimento; prodiere autem *Patavii*, ap. *Pet. Bertellium*, 1612. in fol. eosque inscriberet *Andreae Mauroceno*, gravissima illa nuncupatoria epistola ipsum ita alloquitur: „ Ea si- „ quidem vitae integritate, judicii gravitate, ingenii praestantia, & cum ceteris disciplinis o- „ mni-*